personali dignitate præstantibus. Idem tom. 1. constit. 98. *incip.* Inter plures §. 16.

Advocati Fisci & Cameræ Apostolicæ officium incompatibile imposterum decernitur cum officio promotoris Fidei. Idem in *cit.* constit. *Inter conspicuos* §. 32. Advocatus Fisci & Cameræ Apostolicæ & Advocatus pauperum abstinere debent à patrocinandis alterius generis causis. Idem *ibid.* §. 33. ***

(Quod satis erat ad hac materiam spectans, stat insinuatum, si retrorsum inspiciantur quæ *liter.* B. *pag.* 301. *num.* 4. 361. *num.* 10. 421. *num.* 15. 434. *num.* 88. *liter.* C. *pag.* 161. *col.* 1. *lit.* D. *pag.* 46. ac denique *lit.* F. *pag.* 7. *col.* 1. sunt animadversa; in verb. *Rescriptum* multa ab Auctore concinnantur: in hoc verb. doctrina exposita contemptum non meretur hodie ut leges ibi citatæ melius comprehendantur, licet summatim, quod continent, referetur, multæ decisiones *tit.* 18. *part.* 3. sunt quæ hic respondent: diffinitionem seu descriptionem privilegii *lex* 2. proponit; ab ea non differt quæ in *principio art.* 1. manet inserta: methodus ipsummet privilegium conficiendi cujuscumque fuerit qualitatis advertitur, etiamsi alterius sit confirmatorium: *lex* 3. quid postea faciendum, solemnitate anterioris observata, determinat: cum decreto concessionis à Notario conferendum, in album transcribi debet, cum filo serico, & plumbo signari: ratio demonstratur, hæc cur sunt intervenienda: (consonant *tit.* 15. *lib.* 2. *Recop. Cast.* 7. & 8. *lib.* 2. *Ord. Reg.* Ne despicias *tit.* 18. *lib.* 9. *ejusd. Recop.* præcipue *leg.* 1. *in fin.*) *lex* 4. quæ aliæ literæ plumbi cum signo, chordaque serica absque denominatione confici valeant, & quomodo exhibet: *lex* 5. literas quæ cum cera signo pendenti sigillandæ, præfinit: quæ in membranis seu papyro conficiendæ: (vid. *lit.* T *pag.* 49. *col.* 1.) Recognosce *leg.* 45. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recop. Cast.* in *omnibus suis duodecim* §§. ex *leg.* 6. *usque ad* 25. *inclusive* variæ formulæ ad diversa instrumenta designantur: á nemine præterquam à Rege ejusve mandato gratiosas epistolas concedi posse, *lex* 26. decernit, ceterum novum privilegium, & confirmationem ab illo dumtaxat: hæc datur distinctio, nam literæ gratiæ valorem obtinent, & si ab alio Regis jussu sint expeditæ, privilegia licet ipsius jussu facta ab altero dari nequeunt: in eis recognosce munera, & casus quorum literæ de manu regia (hoc est, subscriptio est subjicienda) procedi debent: (vid. *leg.* 10. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop. Cast.* 24. *tit.* 3. *lib.* 2. *Ord. Reg.*) Per *leg.* 27. deciditur, si circa eas, privilegiave dubium aliquod emerserit, Regiam personam præsertim dum de eorum valore, intelligentia, aut declaratione disceptatur, cognoscere: Sed orta discussione inter partes, tamquam ad harum detrimentum concernente, à judicibus est judicandum: (vid. *verb.* Forum, & Judex, *in nov. add. hisp.* judicum diversitatem) in confirmatoriis non aliter proceditur: in meliorem, saniorem, naturalem, utilemque partem sunt interpretanda: ad bene omnia perpendenda: vid. *glos.* D. Greg. Lop. *leg.* 6. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. Cast.* 8. *tit* 1. *lib.* 3. *Ord. Reg.* & *hisp. addit. lit.* F *pag.* 91. *vers.* Verumtamen:: Ex *leg.* 28. *ad* 33. de privilegiis quæ debent aut non subsistere: triplicis sunt generis, scilicet *contra, præter, & juxta forum, jus, aut legem*; postea *ex leg.* 34. *ad* 41. tractatur quod per tempus aliqua rescripta valeant: de iis etiam quæ per fraudem obtinentur: *Lex* 42. 43. 44. 45. 46. & 47. determinat quando privilegium perpetuatur vel per non usum amittatur, in ultima equidem quæ sint generalia, & specialia: *ex leg.* 49. *ad* 53. de literis gratiæ agitur. Conducunt *tit.* 14. *lib.* 4. *Cast.* & 12. *lib.* 3. *Ord. Reg.* cum *leg.* 2. 10. 12. 13. 25. & 29. *tit.* 4. *lib.* 2.

PROBATIO.

SUMMARIUM.

1 *Probatio ut sic quid sit.*
2 *Probatio Judicialis quid sit.*
3 *Probatio generatim sumpta dividitur in Judicialem, & extrajudicialem, & quæ sit utraque.*
4 *Insuper probatio dividitur in plenam, & semiplenam, & quæ sit utraque.*
5 *Probatio plena subdividitur ab aliquibus in plenam, pleniorem, & plenissimam, seu in evidentissimam, claram & minus evidentem, & quæ sint omnes tres.*
6 *Probationum species, quamvis alii assignent duodecim, alii decem, commode tamen reducuntur ad novem contentas in sequentibus versiculis, & assignantur*, ad num. 7.
8 *Probatio debet esse clara, & certa.*
9 *Probatio dubia, seu æquivoca non relevat probantem, sed rejici debet.*
10 *Probatio Judicialis debet fieri secundum libellum.*
11 *Probatio Judicialis regulariter debet esse plena, & concludens.*
12 *Quænam autem probatio hic & nunc sit plena, & concludens? ut plurimum Judicis arbitrio relinquitur.*
13 *Dantur tamen plures casus, in quibus non requiritur probatio plena, sed sufficit semiplena, vel alia ex conjecturis deprompta, ut sunt casus in quibus sententia lata facit modicum præjudicum.*
14 *Sic probatio plena non requiritur, sed sufficit semiplena, & præsumptiva in materia difficilis Probationis.*
15 *Item sufficit probatio semiplena, & ex conjecturis, seu indiciis in rebus antiquis, præsertim si excedant* 100. *annos.*
16 *Item sufficit probatio semiplena, & unius testis depositio in iis, quæ nemini nocent, & alteri prosunt.*
17 *Item sufficit probatio semiplena in Judicio Manutentionis & Interdicto retinendæ.*
18 *Item sufficit probatio semiplena in materia de sui natura verisimilis.*
19 *Tandem sufficit probatio semiplena in causis summariis, ubi agitur de rebus modicis, & quasi nullius præjudicii.*
20 *In concursu contrariarum probationum, plenior, fortior, seu efficacior prævalere debet, & minor, sive minus plena habetur pro non facta.*
21 *Item probatio clara, & magis distincta prævalet præsumptioni præsumptivæ obscuræ, & minus distinctæ.*
22 *Item probatio certa, & concludens superat probationem æquivocam, & imperfectam.*
23 *Item probatio specialis prævalet probationi generali.*
24 *Probatio per aspectum corporis præfertur probationi per attestationem juratam in contrarium.*
25 *Probatio per evidentiam facti, seu per inspectionem ocularem, vel per instrumentum, vel per rem judicatam, vel per confessionem partis superat quancumque aliam probationem.*
26 *Sic nulla alia datur major probatio, quam ea quæ fit ex proprii oris confessione.*
27 *In æqualitate probationum favetur reo.*
28 *Item in æqualitate probationum favetur possessori.*

Ex

29 *Excipiuntur tamen hinc quatuor causæ favorabiles, quæ assignantur.*
30 *Plures probationes semiplenæ possunt conjungi ad faciendam, seu constituendam plenam probationem; dummodo quælibet de per se, & in suo genere sit perfecta, & tendat ad eumdem finem.*
31 *Si autem probationes semiplenæ in suo genere sint imperfectæ, licet plures, non conjunguntur ad constituendam plenam probationem.*
32 *Ubi probationes concludentes requiruntur, debent illæ per necesse concludere, & non per possibile.*
33 *Probatio plena, & concludentissima requiritur in materia objectiva, & quæ sapiat delictum, præsertim ubi agitur de magno præjudicio.*
34 *Ubi probatio est ex solis præsumptionibus, etiam vehementibus, nemo in causis criminalibus criminaliter motis (quibus æquiparantur causæ Civiles arduæ, & magni momenti) condemnandus est; Nisi tamen indicia sint indubitata, & luce clariora, seu talia, quæ evidentiam rei inducant.*
35 *Verba narrativa Papæ, quibus in suis Apostolicis literis proprium factum narrat, plenam probationem faciunt, si super illis intentio ipsius fundetur.*
36 *Secus autem, si intentio Papæ super eis non fundetur.*
37 *Hinc si Papa suis literis Apostolicis salutat excommunicatum, non per hoc censetur eum absolvere.*
38 *Immo quamvis Papa scienter excommunicato participet literis, verbis, osculo, aut quovis alio modo, non idcirco censetur eum absolvere, nisi expresse se declaret velle per hoc ipsum absolvere.*
39 *Similiter si Papa quempiam sub titulo cujuslibet Dignitatis nominet, honorat, tractet, & hujusmodi, non per hoc in dignitate illa ipsum approbare intelligitur.*
40 *Quando intentio Papæ fundatur super facto alieno à se narrato, tunc narratio, seu assertio Papæ facit quidem plenam fidem, si nihil opponatur; sed tamen admittitur probatio in contrarium.*
41 *Enunciativæ Papæ matura consideratione omissæ omnino probant.*
42 *Unde Enunciativæ Papæ motu proprio emanatæ plene probant etiam de facto alieno.*
43 *Item etiam unica in antiquissimis probationem constituit.*
44 *Item Enunciativæ antiquissimæ Pontificis probant qualitatem Ecclesiæ.*
45 *Item probant etiam dominium possessionis.*
46 *Item probant Ecclesiam esse in uno potius territorio, quam in alio.*
47 *Limitantur prædicta tamen, quando non motu proprio, sed ad instantiam, supplicationem, vel suggestionem partis sunt emissæ, quo casu licet sint antiquæ, contra tertium non probant.*
48 *Quod procedit, etiamsi in illis fundetur intentio Papæ.*
49 *Assignatur differentia inter* narrativas, & enunciativas.
50 *Probatio est facienda Judici, & non adversario, vel alteri.*
51 *Potest tamen Judex alium deputare ad recipiendos testes, depositiones, aliasque probationes.*
52 *Probationes ex testium depositionibus recipi non possunt, nisi citato, & si venire voluerit, præsente adversario, alioquin nihil valent.*
53 *Probationes Judiciales debent fieri Judici in præsentia publici Notarii aut duorum Virorum idoneorum, qui præter cætera acta Judicii, diligenter easdem conscribant.*
54 *Probationes generatim loquendo faciendæ sunt ab eo, qui dicit, non ab eo, qui negat.*
55 *Probatio, seu onus probandi regulariter incumbit Actori.*
56 *Quandoque tamen onus probandi incumbit ipsi Reo, & signanter, si is excipiendo aliquid affirmet, quod deinde in replicatione ab Actore negatur.*
57 *Item Reo incumbit onus probandi, quotiescumque præsumptio Juris stat pro Actore.*
58 *Item etiam Reo incumbit probatio in Judicis duplicibus, seu communibus.*
59 *Hujusmodi Judicia duplicia, seu communia assignantur.*
60 *Item etiam reo incumbit probatio in Interdictis duplicibus, quæ assignantur.*
61 *Reus non tenetur regulariter suas scripturas, & instrumenta, quibus in judicio non est usurus, tradere, seu consignare Alteri, nec ipse Actor potest ipsa petere.*
62 *Tenetur tamen reus tradere Actori petenti instrumenta communia.*
63 *Probationes post publicationem attestationum regulariter non possunt amplius fieri, seu alii testes super eisdem articulis vel directe contrariis produci, quamvis possint produci nova instrumenta usque ad conclusionem in causa.*
64 *Post conclusionem in causa non amplius super eisdem articulis examinandi sunt testes, neque admittendæ novæ probationes per instrumenta, vel hujusmodi, sed est ferenda sententia super allegata, & probata.*
65 *Possunt tamen admitti aliæ probationes super novis articulis, etiamsi pendeant ex veteribus, aut ex illis oriantur.*
66 *Quamvis præmissæ conclusiones regulariter procedant; Nihilominus dantur plures casus, in quibus possunt adhuc produci novi testes, etiam super eisdem articulis post publicationem attestationum, & admitti novæ probationes post conclusionem in causa.*
67 *Sic in primis casibus, ubi agitur de valore Matrimonii.*
68 *Item in causis beneficialibus.*
69 *Item in causis criminalibus præsertim capitalibus.*
70 *Item dantur alii consimiles casus videndi apud assignatos Auctores.*
71 *Alia ad rem* remissive.
72 *Subnectuntur Supplementa Auctoris.*
73 *Addition. ex aliena manu.*

Probatio ut sic, est rei dubiæ, seu controversæ per 1
legitima argumenta facta ostensio. Mascard. *de probation. vol.* 2. *q.* 2. *proœmial. n.* 8. Abbas *ad Rub. de probation. n.* 1. Host. *in Summa de probation. n.* 2. Reiffenstuel *lib.* 2. *Decret. t.* 19. *n.* 2. & alii passim. Probatio Judicialis est Judici rei dubiæ apud eum 2
controversæ per legitimos modos facta ostensio. Mascard. *l. c. n.* 17. Engel *lib.* 2. *Decret. tit.* 19. *n.* 1. Vallens. *ibid.* §. 1. Sannig. *ibid. cap.* 1. Reiffenstuel *ibid. n.* 5. & alii. (*Vid. leg.* 1. & 7. *t.* 14. *p.* 3.)

Probatio generatim sumpta dividitur in *Judicialem* & 3
extrajudicialem. Judicialis est illa, quæ fit in Judicio; *Extrajudicialis* est illa, quæ fit extra Judicium, ut sunt bationes, quæ solent adhiberi inter homines privatos pro in contractibus civilibus. *Sic in re Comm.* (Ad rem *lex* 3. & 7. *tit.* 13. *pag.* 3. 1. & 2. *t.* 7. *lib.* 2. *For. Reg.*)

Insuper probatio dividitur in *plenam*, & *semiplenam*. 4
Plena est illa, quæ tantam fidem facit, quanta ad definiendas controversias sufficit, ut est probatio, quæ fit per duos testes omni exceptione majores, per instrumenta authentica, per confessionem propriam, & hujusmodi. *Semiplena* est illa, quæ facit quidem aliquam fidem rei gestæ, sed non tantam, quæ sufficiat ad definiendas controversias, ut est probatio per unum testem, per confessionem extrajudicialem, per scripturam privatam, per fugam Rei, qui debuisset respondere, per famam, & hujusmodi. *Sic in re Communis.*

Probatio plena subdividitur ab aliquibus in plenam, 5
pleniorem, & plenissimam, seu in evidentissimam, claram, & minus evidentem. *Probatio evidentissima* censetur illa, quæ fit per privilegia, & instrumenta indubitata, ut notant Mascard. *loc. cit. quæst.* 4. *num.* 5. Abbas *in cap.* Licet *n.* 11. *de probationib.* Reiffenstuel

loc.

loc. cit. num. 12. & alii. Et huc accedunt probationes apertissimæ, prout appellantur *in cap.* Pia, *de exceptionib. in* 6. *& lib.* Sciant, *Cod. de probation.* & istæ probationes *apertissimæ*, seu *plenissimæ*, atque luce clariores habentur per facti evidentiam, & aliis modis indubitatis. *Probatio clara* est illa, quæ fit per testes, & hujusmodi. *Probatio præsumptiva* est illa, quæ fit per conjecturas, & præsumptiones, ut *cap.* Afferte 2. *de præsumptionibus.*

6 Probationum species quamvis alii assignent duodecim, alii decem, commode tamen reducuntur ad novem, prout assignantur ab Hostiensi *in summa tit. de probationibus num.* 6. Engel *loc. cit. num.* 7. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 18. & ab aliis, quæ in sequentibus versiculis breviter continentur.

Aspectus, Sculptum, Testis, Notoria, Scriptum,
Jurans, Confessus, Præsumptio, Fama probabit.

7 7. Per ly autem *Aspectus* indicatur probatio per *inspectionem ocularem*. Per ly *Sculptum* indicatur probatio per antiquas *Sculpturas* in lapidibus marmoreis impressas. Per ly *Testis* indicatur probatio, quæ fit *per Testes*. Per ly *Notoria* indicatur probatio, quæ fit *per Evidentiam rei*, seu per *Notorietatem facti*. Per ly *Scriptum* indicatur probatio, quæ fit *per Instrumenta*. Per ly *Jurans* indicatur probatio, quæ fit *per Juramentum*. Per ly *Confessus* indicatur probatio, quæ fit per propriam confessionem. Per ly *Præsumptio* indicatur probatio, quæ fit *per Præsumptionem*. Per ly *Fama* indicatur probatio, quæ fit *per Famam*. Ad quas novem præcipuas probationum species, ut vides, ceteræ aliæ possunt commode reduci.

(Vid. *tit.* 11. *p.* 3. ubi agitur *de juramento*: ibi per 29. leges, quæ ad idem concernunt, declarantur: vid. *lit.* J, *pag.* 341. *col.* 2. titulus 13. conducit: de *confessione* in eo tractatur: *quid sit, à quo est facienda, quam vim habeat, quot species, quibus qualitatibus debet constare ut subsistat, qualis reprobatur: & extrajuditialis quomodo valeat*, per septem ejus leges ostenditur; tit. 14. de *probationibus, & suspicionibus* pertractat: per leg. 1. *quid* sit probatio, & *quod actore non probante, est reus absolvendus*, deciditur; per 2. proponitur, *quando neganti incumbat*: lex 3. determinat præsumptiones, *quibus comprobatur, aliquid à patre filio incapaci præter à lege dispositum relinqui*: in seq. aliqui recensentur casus, in quibus poterat dubitari, cui incumbat probatio, *dum objicitur minoreitas, seu servitus*: lex 7. *cui est facienda*, scilicet *Judici, rebus super quibus est sententia ferenda, non super quæstionibus philosophicis*, juxta libellum concludit: lex 8. sex, ni fallor, species præfinit, se refert ad titulum præcedentem 13. fit mentio de *Testibus*, (vid. *verb.* Testis) de *instrumentis*, (vid. *verb.* Scripturæ) de *præsumptione*: (vid. *verb.* Præsumptio) casus enarratur de Salomonis judicio: nisi in eis, à legibus determinationem accipientibus, signa & præsumptiones non sufficiunt, multoties per ea à veritate deviamur: de probatione per judicis inspectionem, sive obstetricum (vid. *lit.* T, *pag.* 64.) præsertim videlicet *si de populorum, aliisve limitibus sit quæstio*, aut de *virginis violatione, fœminæve alicujus graviditate*: per Duellum (vid. *lit.* D, *pag.* 128. *col.* 2. *in addit. nov.*) facta si fuerit: lex 9. asserit mulieri filium natum, sive nasciturum sui ipsius consortis non esse, exprimenti (vid. *verb.* Adulterium, Conjuges, Uxor, &c.) fidem præstari non debere, nisi tanta fuerit absentia mariti, ut juxta ordinem naturalem ex ipso gigni non valuerit: lex 10. iri traditum decernit, cuicumque rem, ab alio possessam, suam fuisse: patris, avi, alteriusve, cujus sit hæres, declaranti, præsumitur enim dominus, dum contrarium non apparet: lex 11. declarat, quæ pacta ad hæredes transmittantur, licet de hisce nulla fiat recordatio: lex 12. de *causis criminalibus* loquitur: clara, & evidens debet adstare probatio: delinquentis confessio, testes, & instrumenta sufficiunt: præsumptiones quælibet rejiciuntur ad pœnam ordinariam ipsiusmet delicti imponendam: (vid. *lit.* P, *pag.* 165. *col.* 2.) satius est, nocentem absolvere quam innocentem damnare: (vid. ad hujus legis exceptiones Magistrum D. Anton. Gom. *tom.* 3. *var. resol. cap.* 12. præcipue *n.* 25. nam *ex vers.* Quod tamen singulariter intellige:: præcitata lege convenit) lex 13. exempla etiam proponit, in queis judicis aspectus ad probationem requiritur: lex 14. medium constituit, quo est probatio facienda, dubitatione occurrente an absens in remotis decessisse præsumatur, ut hæreditas consanguineis deferatur: lex denique 15. præscribit, non solum per confessionem, testes, instrumenta, seu privilegia, (vid. *verb.* Privilegium) suspiciones, aut famam effici probationes, verum etiam quæstiones per leges, & foros esse dirimendas (vid. *verb.* Lex): alterius ditionis legibus nulla lis est terminanda, nisi detur casus alicujus causæ pendentis inter personas illius ditionis, à quibus in ipsamet fuerit contractus celebratus, vel de re ibi inventa agatur: tunc equidem Judex in hac nostra hispanica regione constitutus legibus illius est alligatus: leges noviter promulgatas ad futura non præterita extendi, decernitur. (Vid. *leg.* 200. *Styli, leg.* 49. §. 3. *tit.* 24. *lib.* 4. *Recop. Cast. Reg. Sched.* 17. *Octob. an.* 1769. *lit.* N, *pag.* 307. *in fin. col.* 2. atque *Reg. Sched.* 13. *Novemb. an.* 1766. *lit.* J, *col.* 1.) Sufficiunt animadversa; recognoscantur præterea omnes præcitatæ remissiones, & decisionum perlectio non omittatur, consequenter materia hæccine clare patebit.) ❂

Pro-

❂ Inter species probationum, eam, quæ fit per Juramentum, Instrumentum, & propriam Confessionem numerari, benè asserit A. Claritate aliqua assertum indiget, ut è medio tollatur omnis dubitatio. Juramentum, dum ab utraque parte est invicem, tam intra, quam extra Judicium delatum, quod vocatur *Decisorium* (ceteris insuper habitis) plenam efficit probationem; (1) Instrumentum verò, vel est publicum, privatumvè, illius duplex est consideratio: primò quoad probationis effectum, ratione personæ in dignitate constitutæ, vel auctoritatis alicui concessæ: illud plenam ejus quod continet, fidem facit, si cum Regis, Episcopi, Prælati, reliquarumque personarum Titulos Castellæ obtinentium sigillo sit munitum, (2) in nihilò differens à Capituli, vulgò

de

(1) *L.* 2. *t.* 11. *p.* 3. Departe la jura en tres maneras. Cá, ó es jura de voluntad, ó de premia, ó de juicio. De voluntad es aquella que dá el un contendor al otro, fuera de juicio:: é tal jura como esta, quando fuere fecha en la manera que fue otorgada, debe ser librado el pleyto por ella tambien, como si fuese fecha en juicio:: é la tercera manera de jura, que llaman de juicio, es quando están los contendores en su pleyto ante los judgadores, é dá el uno dellos la jura al otro, diciendole que jure, é que él estará por lo que jurare:: *L.* 1. *t.* 2. *lib.* 4. *Ibi*: Y si dixere que no tiene escrituras, se haga relacion en la carta de como juró que creia, y entendia probar por testigos, ó por las escrituras presentadas, y testigos, que habia de presentar, ó que lo quiere dexar en juramento decisorio de la parte:: *L.* 3. *t.* 7. *lib.* 9. *Ibi*: Y si puesta en la forma susodicha la demanda, el demandado la negare, y el actor la dexare en juramento decisorio del reo, que sea tenido de la hacer, y absolver al tiempo::

(2) *L.* 1. *t.* 18. *p.* 3. Escritura de que nace averiguamiento de prueba, es toda carta que sea fecha por mano de Escribano público de Concejo, ó sellada con sello de Rey; ó de otra persona autentica, que sea de creer, nace della muy gran pro. Cá, es testimonio de las cosas pasadas: é everiguamiento del pleyto sobre que es fecha. E son de muchas maneras della. Cá, ó será privillejo del Papa, ó de Emperador, ó de Rey:: ó de alguna persona que haya dignidad con sello de cera:

8 Probatio debet esse clara, & certa. *Communis*, per text. *in cap.* In præsentia 8. *de probationib.* juxta Glossam *in casu ad cit. cap.* In præsentia:: ubi expresse dicit, quod *clara, & certa debet esse probatio, & non*
9 *dubia.* Unde probatio dubia, seu æquivoca, id est, quæ potest referri ad unum, & ad alium, non relevat probantem, sed rejici debet, cum nihil concludat, nec ullum probationis gradum constituat. Rota recent. *p.* 3. *decis.* 176. *n.* 8. *decis.* 232. *n.* 9. *dec.* 311. *n.* 2. *decis.* 509. *n.* 5. *decis.* 511. *n.* 3. *p.* 4. *tom.* 1. *dec.* 263. *n.* 3. *p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 254. *n.* 22. *decis.* 335. *num.* 7. *decis.* 487. *n.* 11. *pag.* 6. *dec.* 121. *n.* 21. & sæpissime alibi cum communi Doctorum. Nam juxta illud vulgatum: *Non probat hoc esse, quod ad hoc, quandoque contigit abesse*, prout loquitur Summarium *in l.* Neque Natales, *Cod. de probationibus*, & probat text. *ibid. & l.* Non hoc, *Cod. Unde vi*, & Rota recent. *p.* 19. *tom.* 1. *dec.* 469. *n.* 15. (Vid. *l.* 5. *tit.* 6. *p.* 7. ibi *in glos.* De avenencia ::)

10 Probatio judicialis debet fieri secundum formam Libelli, *cap.* Cum dilectus 7. §. Sed quoniam, *de ord. cognition.* Est enim pronunciandum secundum formam Libelli. *Clem.* Sæpe contingit, §. Verum quia, *de verbor. signific.* Et ideo illa solummodo sunt probanda, quæ mediante libello in judicium deducta fuerunt, ac desuper lis movetur, sive directe, sive in modum executionis, vel replicationis, ut *cap.* De testibus 29. *de testibus & l.* Ad probationem dominii, *Cod. de probationib.* Unde si per testes probatur aliud, quam est deductum per libellum in judicium, non valet dictum eorum super illo, *l.* 1. §. D. Anton. *ff. de Quæstionib.* junctis Juribus proxime allegatis, Host. *in Summa tit. de probation. n.* 5. Mascard. *de probation. quæst.* 17. *n.* 17. Speculator *tit. de Teste* §. 1. *n.* 62. Reiffenstuel *loc. cit. n.* 56. & alii passim.

Probatio judicialis regulariter debet esse plena, & 11
concludens. Rota recent. *p.* 1. *decis.* 160. *n.* 2. *& decis.* 568. *n.* 5. & sæpe alibi, & *Communis Doctorum*, per textum *in cit. cap.* In præsentia 8. *de probationib. cap.* Recipimus 18. *de privileg. & ex lib.* Judices, *Cod. de Judiciis*, ibi: *Judices oportet imprimis rei veritatem plena inquisitione discutere.*

Quænam autem probatio hic & nunc sit plena, & 12
concludens, plurimum Judicis arbitrio relinquitur. Rota recent. *p.* 3. *decis.* 466. *sub n.* 4. *p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 53. *n.* 13. *p.* 18. *tom.* 1. *dec.* 146. *n.* 19. & sæpe alibi, & Doctores communiter, per text. *in l.* 3. §. Ideoque Divus, *ff. de Testibus, cap.* In nostra 33. *de Testibus.*

Dan-

de Ayuntamiento in rebus ad ipsum concernentibus Notario confecto; (1) in secundo casu instrumentum coram Tabellionibus Numerariis ritè factum satis sufficienterque probat: nullam fidem præstat, si palàm Regio, ubi illi adsunt, nisi in locis, ubi Suprema resident Tribunalia, (2) dum originale ostendatur, & falsitatis non sit redargutum, nam exemplaribus eorum haud creditur. (3)

De instrumentis privatis, videtur ab A. non sermocinari, dum agitur de probatione per instrumenta, quia instrumenta privata, ni à debitore recognita, aut duobus, tribusvè testibus sub eadem forma examinatis, fidem non facit: (4) & tunc reducitur probatio ad eam, quæ per propriam fit confessionem, seu testes. Circa Confessionis propriæ probationem, etiam est menti sequens tradenda distinctio: aut in judicio fit, aut extra judicium: si in judicio, veritas resplendet, & inter probationes quamcumque aliam superantes, assignatur, quia nulla datur major probatio, quam proprii oris confessio: (5) si extrajudicialitèr fit, non est fides adhibenda, nisi præsente adversario, ejusvè Procuratore, duobus fuerit testibus roborata, (6) qui coràm Judice producti præstant juramentum, ab eodemque examinantur; exceptis casibus, quibus Judex, specialitate aliqua interveniente hanc facultatem Tabellioni committit, (7) ut in praxi passim advertitur.

(1) *L.* 26. *tit.* 25. *lib.* 4. Otrosí mandamos que los Escribanos de los Concejos de las nuestras Ciudades, Villas, y Lugares, cada uno en su jurisdiccion, asienten en el libro del Concejo los padrones:: porque por alli se puedan sacar los Pecheros que en las dichas Ciudades, y Villas, y sus tierras hay, porque dello puedan dar copia á los nuestros Recaudadores, y Arrendadores; y que no hayan poder de rescebir los dichos padrones otros Escribanos, sino los del Concejo::

(2) *L.* 1. *ejusd. Ibi*: Y mandamos que en todas las Ciudades, Villas, y Lugares de estos Reynos, donde hubiere Escribanos públicos del numero, que estos solos puedan usar el dicho oficio, y que por ante estos solos, ó qualquier dellos pasen los contratos de entre partes, y las obligaciones, y testamentos, y no ante otros:: pero que en las Aldeas, á donde no residan los dichos Escribanos del Numero, puedan pasar los dichos contratos, obligaciones, y testamentos ante qualesquier Escribanos públicos, que como dicho es, sean habiles, y de buena fama; y asimesmo en los Lugares donde estuviere la nuestra Corte, y Chancillerías:: puedan dar fé de ellas, y signar las que por ante ellos pasaren.

(3) *L.* 3. *tit.* 5. *ejusd. Ibi*: Con tanto que el traslado sea simple, y sin dia, mes, y año; salvo si qualquiera de las partes dixere, y jurare que las quiere redarguir de falsas, que en tal caso le sean mostrados los originales á qualesquiera de las partes que las quisiere ver:: y le sea dada copia, y traslado con dia, mes, y año, para que alegue de su derecho. *L.* 5. *tit.* 21. *lib.* 4. *Ibi*: Mandamos, que de aqui adelante los conocimientos reconocidos por las partes ante el Juez que manda executar, traigan aparejada execucion::

(4) *L.* 2. *tit.* 13. *p.* 3. Grande es la fuerza que ha la conocencia, que face la parte en juicio, estando su contendedor delante. Cá por ella se puede librar la contienda, bien asi como lo que conocen fuese probado por buenos testigos, ó por verdaderas cartas; é por ende el Judgador ante quien es fecha la conoscencia, debe dar luego juicio afinado por ella::

(5) *L.* 7. *ejusd.* Conosciendo algund ome fuera de juicio:: mas si alguno conosciere la quantia de aquella debda, ó la cosa que otorga que debe dar, é la razon por que la debe, diciendo otorgo que debo á Fulano tantos maravedis que me prestó, ó tal cosa que me dió en guarda, ó pusiere en su conocencia otra razon derecha; estando la otra parte delante, ó su Personero, estonce decimos que vale á manera que es tenudo de pagar lo que conoció:: *Vide verb.* Actor. *lit.* O.

(6) *L. ead. Ib.* O pusiese en su conocencia otra razon derecha, estando la otra parte delante, ó su Personero.

(7) *L.* 19. *tit.* 6. *lib.* 2. §. 5. Que siempre que se ofrecieren algunos casos, ó delitos graves, acudais personalmente á la averiguacion de ellos, y prision de los culpados, y á la examinacion de los testigos de las sumarias informaciones, y aun de las probanzas plenarias, requiriendolo la calidad del caso, y no lo cometais:: *L.* 28. *tit.* 6. *lib.* 3. Otrosí que en los procesos criminales, y en los civiles arduos, y de importancia, siempre se tomen, y examinen por sí los testigos ante Escribano, y cada testigo por sí, sin lo cometer al Escribano, ni á otro, sopena que al Juez que ansi no lo hiciere:: *L.* 44. *ejusd.* Lo que dispone la ley 28. de este titulo, que en las causas criminales, y civiles arduas examinen los Jueces por sí los testigos, sin lo cometer á Escribano, se guarde como en ella se contiene; y que esto sea sin la cautela de tomar los testigos á solas los Escribanos, y leer despues ante el Juez.

13 Dantur tamen plures casus, in quibus non requiritur probatio plena, sed sufficit semiplena, vel alia ex conjecturis depromta, ut sunt casus, in quibus sententia lata facit modicum præjudicium. Rota recentior. *p.* 15. *decis.* 190. *n.* 15. *& Communis Doctorum*, per text. *in l.* 3. §. Causæ, *ff. de Carbonian. Edict. & l.* 4. §. Sciendum, *ff. Ad exhibendum.*

14 Sic probatio plena non requiritur, sed sufficit semiplena, & præsumptiva in materia difficilis probationis. Rota *p.* 4. *tom.* 3. *decis.* 619. *n.* 4. *p.* 13. *decis.* 338. *n.* 9. & Doctores communiter, per text. *in cap.* Cum Dilectus 32. *de elect. cap.* Præterea 27. *de Testib. l.* Filium, *ff. de his, qui sui, vel alieni Juris &c.*

15 Item sufficit probatio semiplena, & ex conjecturis, seu indiciis in rebus antiquis, præsertim si excedant 100. annos. Rota recent. *p.* 2. *decis.* 556. *n.* 3. *p.* 4. *tom.* 2. *decis.* 254. *n.* 48. *p.* 10. *decis.* 234. *n.* 10. *Parl.* 19. *tit.* 1. *dec.* 44. *n.* 17. *& decis.* 270. *n.* 8. & sæpe alibi. Et Doctores passim, per text. *in l.* Census, *&* monumenta, *ff. de probation. l.* Qui ex liberis, *ff. De bonorum possessione secundum tabul. c.* Cum causam 13. *de probation. cap.* Cum olim 19. *de Censibus*, juncta Glos. *ibid. verb.* Antiquis.

16 Item sufficit probatio semiplena, & unius testis depositio in iis, quæ nemini nocent, & alteri prosunt. *Communis*, per text. *in cap.* Parvulus, & *cap.* Itaque *dist.* 4. *de Consecrat.*

17 Item sufficit probatio semiplena in judicio manutentionis, & Interdicto retinendæ. *Communis* cum Rota recent. *p.* 2. *decis.* 147. *n.* 1. *p.* 14. *decis.* 11. *n.* 2. *p.* 24. *decis.* 493. *n.* 8.

18 Item sufficit probatio semiplena in materia de sui natura verisimili. *Communis* cum Rota *p.* 18. *tom.* 1. *decis.* 92. *n.* 7. Et quando agitur de aliqua re incidenter. Rota *p.* 14. *decis.* 161. *n.* 6.

19 Tandem sufficit probatio semiplena in causis summariis, ubi agitur de rebus modicis, & quasi nullius præjudicii. *Communis* cum Rota *p.* 15. *decis.* 190. *n.* 14. per text. *in cap.* Ex literis, *de in integrum restitut. cap.* Cum Bertoldus 18. *de sentent. & re judicat. l.* 3. §. Causæ, *ff. de Carbon. Edict. & l.* 4. §. Scientium, *ff. Ad exhibendum*, cum similibus.

20 In concursu contrariarum probationum plenior, fortior, seu efficacior prævalere debet, & minor, seu minus plena habetur pro non facta. *Communis* cum Rota recent. *p.* 1. *decis.* 303. *n.* 13. *decis.* 494. *n.* 11. *decis.* 509. *n.* 9. *p.* 2. *decis.* 44. *n.* 6. *p.* 7. *decis.* 203. *n.* 12. *p.* 8. *decis.* 212. *n.* 10. *p.* 12. *decis.* 336. *n.* 34. & sæpe alibi, per text. *in cap.* Cum Ecclesia 3. §. Partibus, *de causa possess. cap.* Licet causam 9. §. *final. de probat. l.* Nam & iis, *ff. de inofficios. testament.* cum similibus.

21 Item probatio clara, & magis distincta prævalet probationi præsumptivæ, obscuræ, & minus distinctæ. *Communis* cum Rota *p.* 7. *decis.* 269. *n.* 12. *p.* 14. *decis.* 520. *n.* 80. *p.* 15. *decis.* 323. *n.* 5. per text. *in l.* Imperatores, *ff. de probation. leg.* In rebus, *Cod. de Jure Dotium*, cum similibus.

22 Item probatio certa, & concludens superat probationem æquivocam, & imperfectam. *Communis* cum Rota *p.* 5. *tom.* 1. *decis.* 313. *n.* 6. *p.* 5. *tom.* 2. *decis.* 430. *n.* 104. *p.* 17. *decis.* 208. *n.* 17. per text. *in cap.* Per tuas, *Qui filii sint legitimi*, *& l.* 1. *& seq. Cod. Plus valere, quod &c. & leg.* Ob carnem §. *final. ff. de Testibus.*

23 Item probatio specialis prævalet probationi generali. *Communis*, cum Rota *p.* 1. *decis.* 246. *n.* 5. *p.* 2. *decis.* 299. *p.* 3. *decis.* 556. *n.* 2. *p.* 4. *decis.* 447. *n.* 3. *p.* 7. *dec.* 272. *n.* 7. *p.* 11. *dec.* 305. *n.* 8. & sæpe alibi, per textum *in cap.* Generi 34. *de Reg. Juris in* 6. cum similibus.

24 Probatio per aspectum corporis præfertur probationi per attestationem juratam in contrarium. *Communis*, per text. *in cap.* Proposuisti 4. *de probation.* juxta Glos. *ib. verb.* Puellæ.

25 Probatio per evidentiam facti, seu per inspectionem ocularem, vel per instrumentum, vel per rem judicatam, vel per confessionem partis superat quamcumque aliam probationem. *Communis*, cum Rota *p.* 4. *tom.* 1. *decis.* 568. *n.* 7. per text. *in cap.* Evidentia 9. *de accusationibus*, *cap. ult. de cohabit. Cler. cap.* Cum olim 24. *de verbor. signific. l.* Cum te, *Cod. de transactionibus*, *l.* Generaliter, *Cod. de non numerat. pecun.* cum similibus.

26 Sic nulla alia datur major probatio, quam ea, quæ fit ex proprii oris confessione. *Communis* cum Rota *p.* 9. *tom.* 1. *decis.* 98. *n.* 4. per text. *in cap.* Per tuas 10. *de probat. leg.* Cum te, *Cod. de transact. leg.* Generaliter, *Cod. de non numerat. pecun.*

27 In æqualitate probationum favetur reo, *Communis*, per text. *in cap.* Ex literis 3. *de probat. cap. ult. de sent. & re judicat. cap.* Cum sunt 11. *de Reg. Juris in* 6. juncta Glos. *ib. verb.* Cum sunt:: cum pluribus juribus ab ipsa citatis.

28 Item in æqualitate probationum favetur possessori. *Communis*, per text. *in cap.* In pari 65. *de Regul. Jur. in* 6. *& l.* In pari, *ff. de Regul. Jur.*

29 Excipe tamen hic causas favorabiles, quales sunt quatuor, scilicet pro *matrimonio*, pro *libertate*, pro *dote*, & pro *testamento*; nam si in istis utriusque partis probationes fuerint æquales, non pro possessore, sed pro valore *matrimonii*, sive pro *libertate*, vel pro *dote*, aut *testamento*, profertur sententia; istæ enim quatuor causæ propter favorem excipiuntur. *Communis*, per text. *in cap.* Ex literis 3. *de probation. & cap. ult. de sent. & re judic.* Glos. *ib. verb.* Proferentibus *in fine*; ubi allegat sequentes vulgatos versiculos.

Stat Testamentum, Libertas, Conjugium, Dos,
Si sint æquales, qui producuntur utrinque.

30 Plures probationes semiplenæ possunt conjungi ad faciendam, seu constituendam plenam probationem; dummodo quælibet de per se, & in suo genere sit perfecta, & tendat ad eumdem finem. *Communis* cum Rota *p.* 2. *decis.* 519. *n.* 7. *p.* 3. *decis.* 526. *n.* 10. & sæpe alibi, per text. *in cap.* Cum causam 3. *de probation. cap.* Per tuas 32. *de Simonia*, *l. Instrumenta*, *Cod. de probation.* cum similibus.

31 Si autem probationes semiplenæ in suo genere sint imperfectæ, licet plures, non conjunguntur ad constituendam plenam probationem. *Communis* cum Rota *p.* 3. *decis.* 117. *n.* 3. *p.* 4. *tom.* 2. *decis.* 391. *n.* 34. *p.* 12. *decis.* 8. *n.* 292. *p.* 17. *decis.* 171. *num.* 26. & sæpe alibi.

32 Ubi probationes concludentes requiruntur, debent illæ per necesse concludere, & non per possibile. *Communis* cum Rota *p.* 4. *tom.* 2. *decis.* 173. *n.* 13. *&* Annot. *ad decis.* 131. *n.* 50. *& seq. p.* 8. per text. *in l.* Non hoc, *Cod. Unde legitimi*, *l.* Neque natales 10. *& leg.* Ad probationem 22. *de probationibus.*

33 Probatio plena, & concludentissima requiritur in materia objectiva, & quæ sapiat delictum, præsertim ubi agitur de magno præjudicio. *Communis* cum Rota *p.* 2. *decis.* 179. *n.* 3. *p.* 3. *decis.* 117. *n.* 11. *p.* 10. *decis.* 51. *n.* 30. *p.* 11. *decis.* 229. *n.* 7. *art.* 12. *decis.* 347. *n.* 26. & sæpissime alibi, per text. *in cap.* Per literas vestras 14. *de præsumptionibus*, *l. ult. Cod. de probat.* cum similibus.

34 Unde probationes ex solis præsumptionibus etiam vehementibus nemo in causis criminalibus criminaliter motis (quibus æquiparantur causæ civiles arduæ, & magni momenti) condemnandus est. Nisi tamen Indicia sint indubitata, & luce clariora, seu talia, quæ evidentiam rei inducant. Vide *verb.* Præsumptio à *n.* 19. *ad* 21.

35 Verba narrativa Papæ, quibus in suis Apostolicis literis proprium factum narrat, plenam probationem faciunt, si super illis intentio ipsius fundetur. *Communis* cum Rota *p.* 1. *dec.* 416. *n.* 1. *p.* 4. *tom.* 1. *dec.* 307. *n.* 12. *p.* 12. *dec.* 357. *n.* 26. *p.* 18. *tom.* 1. *decis.* 159. *n.* 9. per text. *in Clem. Unica de probationibus*, juncto Summario *ib.* in quo sic expresse habetur: "Verba Literarum Apostolicarum, quibus Papa proprium factum narrat, plene probant, si super illis gratia, vel intentio Papæ fundetur.

36 Si autem intentio Papæ super eis non fundetur, tunc verba narrativa Papæ, seu Literarum Apostolicarum nihil probant. Glos. communiter recepta *in cit. Clem. Unica*, *verb.* Fundatur:: Abbas *ibid. num.* 1. Mascard. *de probation. conc.* 236. *n.* 25. *&* 29. Reiffenstuel *l.* 2. *Decr. t.* 19. *n.* 108. & alii passim, *arg. cap.* Si aliquando 41. *de sent. excommun. Clem.* Si Summus 4. *de sent. excommun.*

37 Hinc si Papa suis literis Apostolicis salutat Excommunicatum, non per hoc censetur eum absolvere, quia intentio Papæ Literas illas dantis super impertienda tali absolutione se non fundabat. *Communis*, text. expresso, *c. cap.* Si aliquando 41. *de sent. excommun.* ibi: "Si aliquando forte contigerit, quod eis, qui auctoritate Apostolica sunt excommunicationi subjecti, nostræ literæ cum salutationis alloquio destinentur, non propter hoc excommunicationis credatur sententia relaxata. Cum per ignorantiam, vel negligentiam, aut occupationem nimiam, vel etiam per surreptionem (tacendo videlicet quod quis sit excommunicatus) contingat hujusmodi literas impetrari. " Et ibi Summar. expresse habet." Si Papa suis literis excommunicatum salutat, non propter hoc eum absolvit.

38 Immo quamvis Papa scienter excommunicato participet literis, verbis, osculo, aut quovis alio modo, non idcirco censetur eum absolvere, nisi expresse se declaret velle per hoc ipsum absolvere. *Communis*, textu expresso *in Clemen.* Si Summus 4. *de sent. excommunic.* ibi: "Si Summus Pontifex scienter etiam excommunicato participet literis, verbo, vel osculo, seu alio quovis modo, ipsum per hoc absolvere nulla ratione censetur, nisi se velle forsitan exprimat illum ex hoc pro absoluto haberi," juncto ejus summario sic expresse habente: *Si Papa etiam scienter excommunicato participat, illum per hoc non absolvit, nisi exprimat, hoc se velle.*

39 Similiter si Papa quempiam sub titulo cujuslibet dignitatis nominet, honoret, tractet, & hujusmodi, non per hoc in dignitate illa ipsum approbare intelligitur. *Communis*, text. expresso *in c. Clem.* Si Summus 4. *de sent. Excomm.* ibi: "Similiter quoque si quem sub titulo cujuslibet dignitatis ex certa etiam scientia, verbo, constitutione, vel literis nominet, honoret, seu quovis alio modo tractet, per hoc in Dignitate illa ipsum approbare non intelligitur, aut quicquam ei tribuere novi juris," juncto Summario *ibid.* sic expresse dicente: "Et si scienter sub titulo dignitatis aliquem nominet, vel honoret, per hoc illum in dignitate non approbat." Et ratio est, quia super talibus verbis, signis, vel factis non fundatur intentio Papæ, seu talia non sunt ad conferendam, vel approbandam dignitatem illam, sed incidenter solum similia narrantur, aut fiunt, & ita dicendum est de similibus.

40 Quando intentio Papæ fundatur supra facto alieno à se narrato, tunc narratio, seu assertio Papæ facit quidem plenam fidem, si nihil opponatur; sed tamen admittitur probatio in contrarium. Rota *p.* 2. *d.* 580. *n.* 6. *p.* 5. *decis.* 510. *n.* 1. & sæpe alibi. Glossa *in cit. Clem. Unica*, *de probationib.*, *verb.* Fecisse narramus:: Abbas *ibid. n.* 2. Barbosa *n.* 6. Pirhing. *lib.* 2. *Decretal. tit.* 19. *n.* 61. Mascard. *de probat. conc.* 139. *num.* 21. *&* 22. cum plurimis aliis docens, quod attestationi Papæ de facto alieno statur, donec probetur contrarium; cum enim ob falsam aliorum relationem, seu informationem possit Papa in narrativa facti alieni errare, *cap.* Lator 7. *de senten. & re judicata*, *& cap.* A nobis 28. *de sentent. Excommun.* merito relinquitur locus probationi in contrarium. Unde Rota *p.* 2. *decis.* 46. *n.* 2. dicit, quod narrativa Papæ facta per verba: *Ut accepimus*, non probat, sed debet à parte justificari.

Enunciativæ Papæ matura consideratione emissæ 41
omnino probant. Rota *p.* 18. *tom.* 1. *decis.* 192. *n.* 3.
præsertim si sint antiquæ, & motu proprio emanatæ.
Rota *part.* 2. *decis.* 312. *n.* 18. *part.* 5. *tom.* 1.
dec. 288. *num.* 7. *part.* 18. *tom.* 1. *dec.* 754. *num.* 9.
Unde Enunciativæ Papæ motu proprio emanatæ ple- 42
ne probant etiam de facto alieno. Rota *part.* 1.
decis. 312. *n.* 18. Item etiam unica in antiquissimis 43
probationem constituit. Rota *p.* 1. *decis.* 25. *num.* 2.
Item Enunciativæ antiquissimæ Pontificis probant 44
qualitatem Ecclesiæ. Rota *p.* 4. *tom.* 1. *decis.* 120. *sub*
n. 6. Item probant etiam dominium possessionis. Rota 45
p. 5. *tom.* 1. *decis.* 93. *n.* 21. Item probant etiam 46
Ecclesiam esse in uno potius territorio, quam in
alio. Rota *p.* 1. *decis.* 432. *num.* 2.

47 Limitantur prædicta tamen, quando non motu proprio, sed ad instantiam, supplicationem, vel suggestionem partis sunt emissæ, quo casu licet sint antiquæ, contra tertium non probant. Rota *p.* 1. *decis.* 25. *n.* 5. *p.* 4. *tom.* 3. *decis.* 722. *n.* 9. *p.* 5. *tom.* 1. *decis.* 353. *num.* 95. *p.* 10. *decis.* 147. *n.* 20. *p.* 12. *decis.* 336. *n.* 11. *p.* 13. *decis.* 452. *n.* 11. *p.* 18. *tom.* 2. *decis.* 628. *n.* 14. & sæpissime alibi.

48 Quod procedit, etiamsi in illis fundetur intentio Papæ. Rota *part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 494. *n.* 21. præsertim ubi de illis certiorem notitiam verisimiliter non habebat. Rota *p.* 5. *tom.* 1. *decis.* 353. *num.* 95. *p.* 10. *dec.* 347. *num.* 30.

49 Hinc inter *narrativas* & *enunciativas* colligitur esse hanc differentiam, quod per *verba narrativa* dicatur quis loqui, quando narrat factum aliquod, v. g. quod talis commiserit adulterium, prout accidit, si Papa dicat: *Multorum clamor ad nos pervenit, quod talis commiserit adulterium &c.* At vero per *Enunciativa* dicitur quis loqui, quando loquitur hoc modo: *Quia constat nobis talem commisisse adulterium &c.* Ita Abbas *in cap.* Cum oporteat *n.* 7. *de accusationibus.* Mascard. *de probationib. conclus.* 622. *num.* 1. *& conclus.* 754. *n.* 35. cum aliis à se citatis Petrus Duennas *Regul.* 229. *limit.* 18. Reiffenstuel *lib.* 2. *Decretal. tit.* 19. *n.* 103. & alii.

50 Probatio est facienda Judici, & non Adversario, vel alteri. Glos. communiter recepta *in l.* Quinquaginta *verb.* Judici, *ff. de probation.* Rota recent. *p.* 6. *decis.* 8. *n.* 3. Mascard. *de probationib. q.* 2. *proœmial. n.* 24. Host. *in Summa tit. de probationib. n.* 3. Abbas *in cap.* Ex literis 3. *de probationib. n.* 7. & alii passim, per text. *in cit. leg.* Quinquaginta, *de probationib. in cit. cap.* Ex literis 3. *de probationib. cap.* In nostra 32. *de testibus* cum similibus.

51 Potest tamen Judex alium deputare ad recipiendos testes, depositiones, aliasque probationes. *Communis*, ex praxi universali.

52 Probationes ex testium depositionibus recipi non possunt, nisi citato, & si venire voluerit, præsente Adversario, alioquin non valent. *Communis*, text. expresso *in cap.* In nomine Domini 2. *de Testibus*, juncto ejus Summario sic dicente: *Nulla est receptio Testium facta contra non citatum*, & concordat *authentic. de Testibus* §. Et hæc vero, *Collat.* 7.

53 Probationes judiciales debent fieri Judici in præsentia publici Notarii, aut duorum virorum idoneorum, qui præter cetera acta Judicii diligenter easdem conscribant. *Communis*, text. expresso *in cap.* Quoniam 11. *de probat.* juncto Summario *ibid.* sic expresse habente: "Judex debet habere Notarium, vel duos viros idoneos, qui scribant Acta Judicii; Alias si quid difficultatis emerserit, per Superiorem punietur. Nec credetur ei super processu, nisi in quantum per acta, vel alias per legitima documenta constabit.

54 Probationes generatim loquendo faciendæ sunt ab eo, qui dicit, non ab eo, qui negat. *Communis*, textu expresso *in l.* Et incumbit, 2. *ff. de probation.* ibi: *Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat.* Et hoc jure merito, quia *negantis factum per rerum naturam nulla est directa probatio*, ut expresse dicitur *in cap.* Bonæ, me-

memoriæ 23. *de Election. cap.* Accusator 6. *quæst.* 5. *l.* Actor 23. *Cod. de probationib.* cum similibus.

55 Probatio, seu onus probandi regulariter incumbit Actori. Ad ipsum enim spectat illud, quod proposuerit, probare, si Reus id neget; alioquin, ipso non probante, reus absolvetur ab ejus impetitione. *Communis*, text. expresso *in cap.* Cum Ecclesia 3. §. *fin. de causa possession.* & *l.* Qui accusare 4. *Cod. de Edendo*, ibi: *Actore non probante, qui convenitur, & si nihil ipse præstiterit, obtinebit*, & concordat text. *in c. cap.* Accusator 6. & *lib.* Actor 23. *Cod. de probation.* ibi: " Actor (seu Accusator) quod asseverat, probare se non posse profitendo, reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit, cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit.

56 Dicitur autem notanter, quod onus probandi incumbit Actori *regulariter*, quia quandoque transfertur onus probandi in Reum, & signanter ipsi Reo incumbit onus probandi, si is excipiendo aliquid affirmat, quod deinde in replicatione ab Actore negatur, text. expresso *in l.* 1. *ff. de exception.* ibi: " Agere etiam is videtur, qui exceptione utitur. Nam Reus in exceptione Actor est. " & *leg.* In exception. *ff. de probation.* ibi: " In exceptionibus dicendum est, Reum partibus Actoris fungi oportere, ipsumque exceptionem velut intentionem implere, ut puta si pacti conventi exceptione utatur, docere debet pactum conventum factum esse.

57 Item Reo incumbit probatio, quotiescumque præsumptio Juris stat pro Actore. Hinc si Parochus petat decimas intra fines suæ Parochiæ existentes, nihil probare tenetur; sed Reus tenetur ostendere quo Jure ad ipsum decimæ pertineant; Parochus enim habet fundatam intentionem in Jure, quod decimæ ad se pertineant, nisi contrarium ostendatur. *Communis*, text. expresso *in cap.* Ad decimas 2. *de restitution. spoliator. in 6.*

58 Item etiam reo incumbit probatio in Judiciis duplicibus, seu communibus, quia in ipsis utraque pars litigantium vicem duorum sustinet, scilicet Actoris, & Rei, *cap.* Ex literis 3. *de probation. l.* Judicium 10. *ff. Finium regundorum*, & *l.* Inter Cohæredes, §. Qui familiæ, *ff. familiæ Herciscundæ*, in quibus Juribus habetur, quod in Judiciis duplicibus utrique parti incumbat onus probandi, & quæ melius suam intentionem
59 probaverit, obtineat. Hujusmodi autem Judicia duplicia, seu communia sunt tria, videlicet Judicium *communi dividendo*, quo agitur ad communium rerum divisionem, Judicium *Familiæ Herciscundæ*, id est, hæreditatis inter cohæredes dividendæ; & Judicium *Finium regundorum*, quod datur inter eos, qui agros, & confines habent, & prædia ad horum fines dirimendos, text. expresso *in l.* In tribus 13. *de Judiciis*, ibi: " In tribus istis Judiciis Familiæ Herciscundæ, Communi dividundo, & Finium regundorum, quæritur quis Actor intelligatur, quia par causa omnium videtur? Sed magis placuit eum videri Actorem, qui ad Judicium provocasset; " *l.* Judicium 10. *ff. Finium regundorum*, ibi: " Judicium Communi dividundo, Familiæ Herciscundæ, Finium regundorum, tale est, ut in eo singulæ personæ duplex jus habeant, Agentis, & ejus, cum quo agitur.

60 Item etiam reo incumbit probatio in interdictis duplicibus, qualia sunt, Interdictum *Uti possidetis*, & Interdictum *Utrubi*, quorum priore certatur de retinenda possessione rei immobilis, v. g. fundi, ædium, & hujusmodi; posteriore vero, seu Interdicto *Utrubi* contenditur de rerum mobilium possessione, text. expresso *in* §. *Retinendæ* 4. *Instit. de Interdictis*, ibi: " Sed interdicto quidem Uti possidetis, de fundi, vel ædium possessione contenditur; Utrubi vero Interdicto, de rerum mobilium possessione. " & §. *Tertia visio* 7. *Inst. eod.*, ibi: " Duplicia sunt veluti Uti possidetis Interdictum, & Utrubi; Ideo autem duplicia vocantur, quia par utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipue Reus, vel Actor intelligitur, sed unusquisque tam Rei, quam Actoris partes sustinet. " Quibus Interdictis accedit etiam Interdictum *De superficiebus*, nam & hoc duplex est exemplo Interdicti *Uti possidetis*, prout desumitur *ex l.* 1. §. Proponitur, *ff. de Superficiebus.* In hujusmodi enim Judiciis, atque interdictis duplicibus cum uterque litigans, tam Actoris, quam Rei partes sustineat, *cap.* Ex literis 2. *de probation. l.* Si duo *ff. Uti possidetis*, *l.* Judicium 10. *ff. Finium regundor.* & §. Tertia divisio 7. *Instit. de Interdictis*, proinde utrique parti incumbit onus probandi, & quæ melius probaverit suam intentionem, obtinebit; *arg. cit. Juribus.*

Actor non potest regulariter petere, ut Scripturæ, 61
& Instrumenta propria Rei sibi ab ipso tradantur ad probandam suam intentionem; Nec Reus suas scripturas, & instrumenta, quibus in judicio non est usurus, tenetur tradere, seu consignare ipsi Actori. *communis*, per text. *in cap.* 1. *de probationibus*, juncto ejus Summario, in quo expresse dicitur: *Reus Actori sua propria instrumenta edere non tenetur*, & *l.* Qui accusare 4. *Cod. de Edendo*; Non enim juris aut æquitatis ratio permittit, ut quis invitus arma, quibus impugnetur, Adversario suo tradere, eumque contra se adjuvare cogatur, *l.* Nimis grave, *Cod. de Testibus.*

Tenetur tamen Reus tradere Actori petenti instru- 62
menta communia; & si Judex parti petenti non faciat tradi instrumenta communia, licet ab ipso appellatur, & quidquid post appellationem attentatum fuerit, non valet. *Communis*, text. expresso *in cap. Cod.* Perpetuus Vicarius 12. *de Fide Instrum.* juxta Glos. *ibid. verb.* Instrumentorum communium:: cum pluribus juribus ibi à se adductis.

Probationes post publicationem attestationum regu- 63
lariter non possunt amplius fieri, seu alii testes super eisdem articulis, vel directe contrariis produci, quamvis possint produci nova instrumenta usque ad conclusionem in causa; Sic Glos. communiter recepta *in cap.* Cum dilectus 7. *de fide Instrum. verb.* Post publicationem:: Mascard. *De probat. q. proœmial.* 5. *n.* 45. & *q.* 6. *n.* 130. Speculator *tit. de Testib. verb.* Satis utiliter *n.* 3. & *tit. de Instrument. editione* §. Nunc dicamus *n.* 1. Farinac. *tit.* 8. *de Testib. q.* 75. *n.* 68. & *seq.* & alii passim, per text. *in. cap.* Fraternitatis 17. *cap.* Intimavit 18. *cap.* Ex tenore 35. *de Testib. cap.* Cum dilectus 9. *de Fide instrum. Authent. de Testib.* §. Quin vero, *verb.* Illud tamen *collat.* 7. & *Authent.* Qui semel, *Cod. de probation.*

Post conclusionem in causa non amplius super eis- 64
dem articulis examinandi sunt testes; neque admittendæ novæ probationes per Instrumenta, vel hujusmodi, sed est ferenda sententia super allegata, & probata. Ita Glos. communiter recepta *in cit. cap.* Cum dilectus 9. *de Fide instrum. verb.* Conclusum:: Abbas *ibid. n.* 8. Menoch. *p.* 6. *speculi aurei tit. de instrumentor. production. n.* 47. & alii passim, per text. *in cap.* Juravit 6. *de probat. cap.* Dilectus 9. *de fide instrum.* Et ratio est clara ex ipsamet significatione hujus verbi *conclusio in causa*, cum per ipsam, ut ipsiusmet nomen importat, partes sive expresse, sive tacite ulteriori probationi renuntient, seque ad sententiam submittant. (Vid. *lit.* T, *pag.* 67. *col.* 2. *in nov.*)

Dicitur autem notanter *super eisdem articulis*, quia 65
super novis articulis, etiamsi pendeant ex veteribus, aut ex illis oriantur, bene possunt aliæ probationes admitti, *arg. cap.* Fraternitatis 17. & *cap.* Ex tenore 35. *de Testibus*, *cap.* Cum Joannes 10. §. *penult. de Fide instrum.* juncta Glos. communiter recepta *in cit. cap.* Fraternitatis, *verb.* Novis, & *in c. cap.* Cum Joannes, *verb.* Postquam::

Quamvis autem præmissæ conclusiones *sub n.* 63. 66
& 64. regulariter procedant; nihilominus dantur plures casus, in quibus possunt adhuc produci novi testes, etiam super eisdem articulis post publicationem attestationum, & admitti novæ probationes post conclusionem in causa. *Comm.* & ostenditur inductione.

Sic in primis post publicatas attestationes possunt 67
adhuc produci novi testes super eisdem articulis, & admitti novæ probationes post conclusionem in causa in casibus, ubi agitur de valore Matrimonii, nam in his ob periculum animarum, seu ne conjuges legitime copulati separentur etiam post publicatas attestationes, & conclusionem in causa, debent admitti novi testes, & novæ probationes pro valore Matrimonii jam contracti militantes. Immo etiam ipsamet sententia contra Matrimonium contractum lata, numquam transit in rem judicatam, sed potest quocumque tempore revocari, ostensa per novas attestationes, & probationes ejusdem falsitate, *cap.* Lator 7. & *cap.* Consanguinei 11. *de sentent.* & *re judicat.*

68 Item possunt adhuc produci novi testes, & admitti novæ probationes in causis Beneficialibus: Idque propter dictum periculum animarum, & ne quis per subreptionem ad Dignitatem ecclesiasticam ascendat. Mascard. *de probation. q.* 17. *proœmial. n.* 47. allegans Rotam *dec.* 1. & *dec.* 2. *de Testibus in novis*, Reiffenstuel *l. c. n.* 164. & alii passim. ⊛

Item in causis criminalibus præsertim capitalibus; 69
ubi enim agitur de causis criminalibus capitalibus, possunt ad defensionem rei etiam post publicationem attestationum produci novi testes, & post conclusionem in causa admitti novæ probationes ad ejus innocentiam detegendam, & vitam conservandam, ne Reus subitis Accusatorum criminibus opprimatur, & injuste condemnetur; *Communis*, textu expresso *in l.* Unius facinoris 18. §. 9. *ff. de Quæstionibus*, ibi: *Ne hi, qui defendendi sunt, subitis Accusatorum criminibus opprimatur*,

---

⊛ Proponitur equidem post conclusionem in causa non amplius super eisdem articulis examinandos esse testes, neque admittendas novas probationes per instrumenta: etiamque asseritur admittendas probationes super novis articulis, etiamsi pendeant ex veteribus, ex illisque oriantur. Non tamen assignatur ab A. fundamentum, quoad admissionem probationum super novis articulis ita qualificatis: immò, cum n. 64. per conclusionem in causa partes probationi renuntiare, seque ad sententiam submitti confiteantur, cum omnium sit terminus exclusivus, non datur disparitas, cur super novis articulis, causa conclusa, testes sint examinandi, nón verò super anterioribus in ea deductis. Regio Jure invenitur dispositum, Actorem, si intenderit suam intentionem per instrumenta probare, cum libello coram Judice illa teneri simul producere: alias, eis uti haud poterit, nisi de novo fuisse inventa, anteaque in ejus non venisse notitiam, juramento asserat: quoniam hoc in casu videtur non negari, in quocumque litis tempore produci valere. (1) De Reo loquendo, post litem contextatam intra viginti dies sunt instrumenta producenda, quibus transactis, nisi idem juramentum præstiterit, minimè admittenda venient; (2) cum autem ad libellos replicationis, & duplicationis præsentandos alii termini concedantur, in arbitrium erit tam Actoris, quam Rei instrumenta intra eos producere: denegaturque deinceps, dicto haud præcedente juramento: & tunc Actor usque ad probationis interlocutoriam, Reus usque ad diffinitivam sententiam, relatam facultatem habebunt, nec ulteriùs aliqua petitio recipienda erit, sed illicò (3) causa habenda pro conclusa.

Non adversatur veritati, post publicationem, viam probationis præclussam esse, quum per testes est facienda: secus verò, dum per instrumenta: siquidem usque ad conclusionem in definitiva, hæc produci valent, Legibus Partitarum, (4) & anterioribus citatis consonum videtur; (5) istæ resolutiones, absolutè sine temporis restrictione instrumentorum receptionem cum juramento determinant; & quamvis, ut est adnotatum, appareat viam claudi quoad testium præsentationem, revera non tollit omninò instrumenta producendi facultatem: loquitur equidem de illis documentis, quæ jam in notitiam Actoris, & Rei perventa fuere, priusquam ad probationem lis recipiatur: nullum verbum invenitur, si deinde reperiantur: quod evincitur ex eo, quod in utroque casu, sivè Actor producat, sivè Reus, ille usque ad interlocutoriam, & usque ad diffinitivam iste: nullæ imposterum sint admittendæ probationes: & in dubium non valet devenire quin, prævia post interlocutoriam instrumentorum præsentatione, aliquid in causa restet agendum, quia in ea proceditur, repulsas testium objiciendo, vel libellum allegationis super probatione vulgò *de bien probado*, porrigendo; indè est, asseri posse usque in causæ conclusionem, dicto juramento præcedente, produci valere.

(1) *L.* 1. *tit.* 2. *lib.* 4. Ordenamos, y mandamos, que antes que el actor:: si entiende que puede probar su demanda por escrituras, las presente luego con la información de caso de Corte; y si no tuviere escrituras, haga juramento que cree, y entiende que tiene testigos con que probar su demanda:: pero si despues en la prosecucion del pleyto dixere, y jurare, que halló nuevamente escrituras, que cumple a la guarda de su derecho, y que antes no supo dellas, ó no las pudo haber, que con el juramento le sean rescebidas::

(2) *L.* 1. *tit.* 5. *ejusd. Ibi:* Y que el reo tenga termino de otros veinte dias para oponer, y alegar todas otras qualesquier excepciones, y defensiones peremptorias, y perjudiciales, de qualquier calidad que sean; y que pasado el dicho termino de los dichos veinte dias, no sea oido, ni admitido á las alegar:: y que si las excepciones, y reconvenciones, y mutuas peticiones que el reo pusiere, fueren tales, que las haya de probar por escrituras, que sea obligado á las presentar luego con las excepciones, y reconvenciones:: y si las entendiere probar con escrituras, y testigos juntamente, que luego en el termino de los dichos veinte dias presente las escrituras, y que aquel pasado, no le sean rescebidas, ni admitidas, salvo haciendo juramento, y solemnidad, que nuevamente las ovo, y que antes no las tenia, ni sabia de ellas::

(3) *L.* 2. *ejusd.* Mandamos, que pasados los veinte dias de las excepciones, el actor tenga termino de seis dias para responder, y satisfacer á las excepciones que el reo oviere puesto, y para hacer otro pedimento por via de replicacion, si entendiere que le cumple, y para presentar las escrituras que cerca dello tuviere: pero si el reo pusiere reconvencion, que el actor tenga termino de nueve dias para responder, y poner sus excepciones, y presentar sus escrituras:: y el reo dentro de otros seis dias:: responda á la replicacion del actor, y excepciones, y presente las escrituras que tuviere:: y dende en adelante no se resciban las escrituras, salvo con juramento, que nuevamente vienen á su noticia; y que en tal caso las pueda presentar el actor hasta la sentencia interlocutoria, y el reo hasta la difinitiva:: y con esto sea habido el pleyto por concluso::

(4) *L.* 34. *t.* 16. *p.* 3. Aduce á las vegadas alguna de las partes testigos en juicio para probar su intencion, cuidando que la ha probado por ellos, diciendo al judgador que non quiere dar mas testigos, é pide que dé la sentencia por aquellos que ha rescebido, é despues deso arrepientese, é quiere dar otros:: mas si los plazos fuesen pasados non gelos deben despues rescebir, salvo ende carta, ó instrumento. Cá esto bien gelo puede rescebir ante de las razones cerradas. *L.* 37. *ejusd. Ibi:* E despues que los dichos de los testigos fueren asi publicados, si alguna de las partes quisiere despues desto aducir algunas pruebas para probar aquella cosa misma, en que habian dicho los primeros, non gelas debe el judgador rescebir::

(5) Vid. proximè sup.

tur, defensionem quocumque tempore postulante Reo
negari non oportet.
70 Alii plures similes casus referuntur passim ab Auc-
toribus, & signanter ab Abbate *in cap.* 4. Fraternita-
tis 17. *de Testibus n.* 4. Farinac. *t.* 8. *de Testibus*
q. 75. *à n.* 98. *usque ad n.* 255. Speculator *t. de Tes-*
tib. §. Satis utiliter *n.* 3. *& seq.* qui brevitatis gratia
relinquuntur videndi apud ipsos.
71 Nominis identitas personarum identitatem non pro-
bat. Benedict. XIV. const. *incip.* Inter cetera §. 11. ubi
affert exempla, quibus non semel contingit, ut uno no-
mine, & Sanctus, & Hæreticus designarentur; Ex Ray-
mundis enim Lulliis, unus martyrii fama prædicatur, at
non alter, qui infelicem vitam, ac mortem sortitus est;
Unus pariter Joannes Cantius Beati nomine insignitur,
& alter veluti hæresi inquinatus execratur, & sic de aliis.
72 Alia ad rem; Vide *verb.* Fama, Scripturæ, Instru-
menta, & *verb.* Sententia, & *verb.* Testes *art.* 2.
73 ☞ Negativam directo haud posse probari commu-
nis fere est sententia. Causam huic sententiæ dederunt
textus nonnulli, tum juris civilis, tum juris canonici,
quibus afferri videtur, Negantem probare nec posse,
nec debere. Confer *l.* 103. *C. de Probat. l.* 10. *C. de*
non numerat. pecun. cap. 11. *&* 12. *eod. t. de Probat.*
74 Quoniam vero ex multis aliis textibus apparet, ne-
gativam & probari posse, & aliquando debere, ut ip-
se Pontifex *in cap.* 5. *in fin. de Renunc.* non diffitetur;
75 Hinc est, quod multi post Glos. *in cap.* 13. *de elect.*
excogitarunt tres species negativæ, *juris, facti, & qua-*
76 *litatis*: negativam *juris* probari posse & debere censent,
ut si quis impugnet testamentum, quod rite haud sit
77 conditum; idem affirmant de negativa *qualitatis*, quan-
do scilicet negatur qualitas inesse, quæ communiter
& regulariter inesse solet; circa vero negativam *facti*
78 distinguunt utrum sit *facti definiti*, an *indefiniti*, hanc
probari directo posse negant, illius autem probationem
79 saltem per indirectum admittunt. Hoc etiam concedunt,
si negativa prægnans est, quæ propositionem affir-
mantem implicite in se contineat. Vide Grananien. *in*
cap. 11. *n.* 2. *de Probat.* Wiestner *in Decretal. l.* 2.
80 *tit.* 10. *n.* 12. *& seq.* Alia via processit Herculanus
in tract. de proband. negat. Primo enim Regulam præ-
mittit: *negativam ab eo probandam esse, qui in ipsa*
se fundat, at *n.* 27. *& seq.* plures subdit limitationes,
quæ fere destruunt Regulam.
81 Ostendit vero & quidem solidissime *Coccejus* in dis-
sertatione *de directa probatione negativæ*, negativam
non tantum directo probari posse, sed etiam probari
debere ab eo, qui intra se fundat, sive is sit Actor,
sive sit Reus; ut non sit necesse ad distinctiones illas
confugere, quas mox attulimus, Consule etiam Zoil.
in tract. de Except. non numerat. pec. thes 4. §. 12.
82 Patet autem hinc male ex sententia illa, quæ nega-
tivam haud probari posse tenebat, olim non fuisse
admissas *positiones negativas*, vitiosos fuisse reputa-
tos *articulos negativos*, & non probandos esse ab eo,
qui Judici ipsos offert.
83 De collisione probationum materia in Foro fre-
quentissima agendum hic quoque esset; Sed ne ni-
mius sim, vide Bohemer. *in Exercit. ad Pandect. l.* 22.
Pandect. t. 2. *exercit.* 65. ☜

PROCESSIONES.

1 Processiones à procedendo, & eundo dicuntur, nam
convocato, & procedente Clero cum crucibus, vexil-
lis, & coreis, ac sequente populo fiant. Ita Petrus Gre-
gor. *l.* 1. *partic. Juris canonici t.* 20. *cap.* 4. Barbosa
de offic. & potestat. Episcop. part. 3. *alleg.* 78. *n.* 1.
& alii. Unde processiones dicuntur Chori ambulan- 2
tes, ut ex aliis notat Ursaya *t.* 1. *p.* 2. *discept.* 26.
n. 38. *verb.* Quin obstet. *& t.* 2. *p.* 2. *discept.* 23. *n.* 50.
Processiones semper fuerunt in usu in Ecclesia etiam 3
à primordiis illius, Card. Baronius *in notis ad Martyr.*
R. 7. *Kalend. Maii*, Durand. *de Ritibus Eccl. l.* 4. *c.* 10.
Rota recent. *p.* 17. *d.* 87. *n.* 13. Fuerunt enim adum-
bratæ etiam in veteri Testamento, *Esdræ cap.* 12. ubi
habetur, quod instaurata Jerosolyma post captivitatem
Babilonicam, indicta fuit solemnis Processio cum inter-
ventu Sacerdotum, Levitarum, & populi ad reddendas
gratiarum actiones pro tanto beneficio cum Choris ca-
nentium debitas Dei laudes. *Josue* 6. refertur quod in
obsidione civitatis Jericho celebrata fuit Dei monitu
veluti quædam Processio circumeundo per septem dies
dictam Civitatem cum delatione Arcæ fœderis omnes
Sacerdotes, Levitas, Milites, ac reliquum populum
buccinis clangentes, ac concrepantes. 2. *Reg.* 6. *&* 3.
Reg. 8. etiam innuuntur quædam nostratum Processio-
num figuræ occasione translationis Arcæ fœderis ex uno
in alium locum indictæ à David, & Salomone. In novo
autem Testamento certas quodammodo fuisse à Christo
Domino Processiones habetur *Matth.* 21. ubi ipse as-
censurus in Jerusalem ad perficienda mysteria nostræ
Redemptionis veluti processionaliter solemni ritu vo-
luit ingredi in Sanctam Civitatem, turbis præcedenti-
bus, ac sequentibus, clamantibusque, *Hosanna Filio Da-*
vid, Benedictus qui venit in nomine Domini; à qua origi-
nem desumpsisse nostras processiones certius tenent Ga-
vantus, & Merati *p.* 1. *t.* 19. *lit.* E, ubi sic expresse ha-
bent; *Cujus*, id est, processionis, *origo an à Purificatione*
B. M. V. cum Josepho, Simeone, & Anna? Vel certius
ex Historia Evangelica à turbis in die Palmarum &c.
Hinc patet, usum Sacrarum processionum esse antiquis-
simum, & post promulgationem Evangelii dicendum
est, manasse ex doctrina, & traditione Apostolica. Et
quamvis tempore Apostolorum ob sævitiem persecuto-
rum non potuerint, sicuti nunc, palam & publice fieri,
credibile tamen est etiam à primordiis Ecclesiæ celebra-
tas fuisse Sacras Processiones in cryptis, & speluncis
ad memorias Martyrum ibi quiescentium; Et tandem
cessata sevitie persecutorum tempore Constantini
Magni Imperatoris, & S. Silvestri Papæ, juxta doctri-
nam, & traditionem Apostolicam tempore opportune
exequendam, statim cœpit frequens usus publicarum
processionum, cum interventu utriusque Cleri, & po-
puli, ut variis adductis exemplis referunt Baronius
tom. 5. *Annalium, & annotationibus ad Martyrolog.*
Romanum sub die 25. *April.* Guillelmus Durandus *in*
suo Rationali l. 4. *cap.* Stephanus Dnrandus *de Ritibus*
Eccl. l. 2. *c.* 10. & alii. Et sic tenent expresse Gretse-
rus *de Sacris processionibus l.* 1. *cap.* 2. Quarti *de pro-*
cessionibus in genere sect. 1. *punct.* 3. & alii.
Processiones publicas indicere, dirigere & ordina- 4
re spectat ad Episcopum privative quoad alios. Sic sæ-
pius decrevit Sacr. C. R. & signanter *in Trullen.* 17.
Dec. 1602. *in Elbor.* 24. *Jan.* 1617. *&* 28. *Mart.* 1628.
& in Squillac. processionum 9. *Maii* 1693. ☸ Et hoc 5
non obstante, quod Capitulum, vel alii sint per longum
tempus in possessione indicendi publicas processiones,
vel præscribendi quomodo, & quo sint dirigendæ.
Sacra Cong. Conc. *sub die* 16. *Febr.* 1619. Et non obs- 6
tante etiam immemorabili consuetudine. Sac. Cong.
Rit. *in Camerinensi* 24. *Augusti* 1619.
Requiritur tamen ad id consilium, non autem con- 7
sensus Capituli. Sac. Cong. Rit. *in Elbor.* 28. *Mar-*
tii

☸ Quidquid sit de præcedente doctrina tenendum est in Mantua præsertim Carpentana, absque Supremi Se-
natus expressa licentia ullam nequire ad vias publicas processionem exire; (1) sed ceteris in Populis absoluta
ad

(1) *Remis.* 29. *t.* 4. *lib.* 2. El Vicario de Madrid no
dé permiso, sin que preceda licencia del Consejo, para
que puedan salir Procesiones de las Iglesias Parroquia-
les, y Monasterios de la Corte por las calles públicas
de

tii 1628. Et expresse quod consilium requiratur, de-
claravit Sac. Cong. Conc. *in Comensi* 7. *Feb.* 1632.
8 Ita ut Episcopus solus sine consilio Capituli eas
indicere, & dirigere minime valeat, ut decisum fuis-
se ab ead. Sac. Congreg. referunt Francisc. Leo *in*
thesauro fori ecclesiastic. p. 4. *cap.* 2. *num.* 145. Armen-
dar. *in addit. ad compil. leg. Navarr. l.* 2. *tit.* 14. *l.* 28.
§. 1. *de procession. n.* 4. Aloys. Ricc. *Neapolit. decis.*
p. 4. *decis.* 379. *num.* 4. Valenz. *consil.* 184. *num.* 23.
volum. 1. *& num.* 31. *&* 32. Barb. *supra Concil. Trid.*
sess. 25. *de Regul. cap.* 13. *num.* 41. *& p.* 3. *de Offic.*
& potest. Episc. alleg. 78. *num.* 4. *& in Summ. Apost.*
verb. Processio *num.* 4.
Processionis hora indicenda est arbitrio Episcopi, 9
cui Magistratus, & omnes debent obedire. Sac. Cong.
Rit. *in Urbevetana* 17. *Junii* 1606. apud Barbosam *in*
Summ. Apost. dec. verb. Processio *n.* 9.
Processiones ex devotione populi, & Confratrum 10
in-

advertitur prohibitio, ne processiones nocturno tempore fiant, in tantum, ut ante Solis occasum, unde exie-
rint, revertere debent: (1) homines, vulgo *Disciplinantes, y Empalados*, similiaque spectacula fidelium devo-
tionem retrahentia in illis haud permittendo.

de ella. *Aut. acord.* 27. *ejusd.* De aqui adelante no
puedan salir, ni salgan Procesiones ningunas de las
Iglesias, Parroquias, ni Monasterios, y Cofradias de
esta Corte, por las calles públicas de esta Villa, sin
licencia del Consejo; y que de este Auto se dé noticia
al Vicario::

(1) *Reg. Sched.* 20. *Febr.* 1777. Ya sabeis que con
motivo de haber llegado á mis manos una representa-
cion del Reverendo Obispo de Plasencia, en razon de
varios puntos jurisdiccionales de Regalia, y otros; en-
terado de su contenido, y deseando vivamente la con-
formidad del Gobierno con los Prelados Eclesiasticos,
y que florezca en mis Catolicos Dominios, junto con
la administracion de Justicia, la vigilancia de las bue-
nas costumbres, y maximas christianas, despues de
haber hecho examinar por Ministros de mi satisfaccion
los diferentes puntos que en ella se trataban, teniendo-
se presente en este examen lo dispuesto en las leyes del
Reyno por mi Real Cedula de 19. de Noviemb. de 1771.
se os manifestó la respuesta dada al Reverendo Obispo
de Plasencia para su observancia, y cumplimiento, y
lo mismo encargué á los MM. RR. Arzobispos, y demás
Prelados, y personas Eclesiásticas, que en la referida
Cedula se refieren, y entre los puntos comprehendidos
en ella, fue el quarto, que para evitar los pecados pú-
blicos de Legos:: *Vid. verb.* Mulctæ. Habiendo adver-
tido despues el mismo Prelado diferentes desordenes
en todo su Obispado, los manifestó al mi Consejo en
representacion de 12. de Noviembre de 1776. solici-
tando las correspondientes providencias sobre los pun-
tos que comprehendia, siendo entre ellos quatro redu-
cidos: El primero al abuso introducido en todo el Rey-
no, y generalmente en aquel Obispado de haber pe-
nitentes de sangre, ó disciplinantes, y empalados en
las Procesiones de Semana Santa, en las de la Cruz
de Mayo, y en algunas otras de Rogativas, sirviendo
solo en lugar de edificacion, y de compuncion, de
desprecio para los prudentes, de diversion y griteria
para los muchachos, y de asombro, confusion y mie-
do para los niños y mugeres; á lo qual; y otros fines
aun mas perjudiciales, suelen dirigirse los que las ha-
cen, y no al buen exemplo, y á la expiacion de sus pe-
cados. En el segundo punto exclama contra las Proce-
siones de noche por ser una sentina de pecados, en que
la gente joven, y toda la demas viciada se vale de la
concurrencia, y de las tinieblas para muchos desorde-
nes, y fines reprobados, que no puedan impedir la Jus-
ticias aun siendo celosas En el punto tercero expuso
la costumbre, ó corruptela de baylar los dias de Fiesta
delante de alguna Imagen, á que se pretende dar cul-
to en aquel dia, ó bien dentro de la misma Iglesia, ó
en su Atrio ó Cemeterio, ó quando no se permite en
estos sitios, sacandola á la Plaza publica con las Insig-
nias de Cruz, Pendon, y Capa Pluvial, y haciendo alli
sus bayles, que terminan en alguna ofrenda, ó limos-
na, conque se entiende no solo cohonestada la irreve-
rencia, sino convertida en un acto piadoso, y de de-
vocion. Y en el quarto manifestó el desahogo con que
se trabajaba en los dias de Fiesta, no obstante el Edic-
to que el mismo Reverendo Obispo habia publicado,
pintando la grave ofensa que se cometia, prohibiendo
y amenazando á los contraventores con las armas de
la Iglesia, segun previenen las leyes; la ninguna en-
mienda, y los clamores de los Párrocos: Examinada en
el mi Consejo esta representacion con la atencion, y
cuidado que requiere su importancia, y habiendo oi-
do sobre ella al mi Fiscal, por Auto proveido en cinco
de este mes, entre otras cosas se acordó expedir esta mi
Cedula: Por la qual os mando á todos, y á cada uno de
vos en vuestros distritos, y jurisdicciones no permitais
disciplinantes, empaladoss, ni otros espectaculos seme-
jantes, que no sirven de edificacion, y pueden servir
á la indevocion, y al desorden en las Procesiones de
Semana Santa, Cruz de Mayo, Rogativas, ni en
otras algunas, debiendo los que tuvieren verdadero es-
piritu de compuncion, y penitencia, elegir otras mas
racionales y secretas, y menos expuestas con consejo,
y direccion de sus Confesores. Ni consentireis Procesio-
nes de noche, haciendose las que fuere costumbre, y sa-
liendo á tiempo que estén recogidas y finalizadas antes
de ponerse el Sol, para evitar los inconvenientes que
pueden resultar de lo contrario. No tolerareis bayles
en las Iglesias, sus Atrios y Cemeterios, ni delante de
las Imagenes de los Santos, sacandolas á este fin á
otros sitios, con el pretexto de celebrar su festividad,
darles culto, ofrenda, limosna, ni otro alguno, guar-
dandose en los Templos la reverencia, en los Atrios, y
Cemeterios el respeto, y delante de las Imagenes la ve-
neracion que es debida, conforme á los principios de
la Religion, á la sana disciplina, y á lo que para su
observancia disponen las leyes del Reyno. No disimu-
lareis trabajar en Público los dias de Fiesta, en que
no está dispensado poderlo hacer, oido el Santo Sa-
crificio de la Misa; y en el caso de que al tiempo de
la recoleccion de frutos, por el temporal, ú otro ac-
cidente hubiere necesidad de emplearse en ella algun
dia festivo de dicha clase, pedireis la correspondiente
licencia al Párroco en nombre del vecindario, sin que
sea necesario pedirla cada vecino; cuya concesion de-
berán hacer los Párrocos, habiendo justa causa, gracio-
samente, sin pensionarla con titulo de limosna, ni otro
alguno, siendo una declaracion de haber verdadera ne-
cesidad, que dispensa el precepto. Y finalmente, cela-
reis con la mayor vigilancia sobre el cumplimiento de
todo esto, procediendo contra los contraventores, con-
forme à las leyes del Reyno; á cuyas penas, y á la
mas seria demonstracion que corresponda, segun las
circunstancias, serán responsables las Justicias, que
asi no lo hicieren; y encargo á los MM. RR. Arzobis-
pos, Reverendos Obispos, Párrocos, y demas personas
Eclesiasticas, á quienes pertenezca, celen tambien so-
bre lo mismo en los términos prevenidos en el numero
quatro de la citada mi Real Cedula de diez y nueve
de Noviembre de mil setecientos setenta y uno, á que
se arreglen exactamente. Y mandamos á los demás
Jueces, y Justicias de estos mis Reynos, vean, guar-
den y cumplan el contenido de esta mi Cedula, y ha-
gan guardar, cumplir y executar en todo, y por todo
sin la contravenir, ni permitir se contravenga en ma-
nera alguna, que asi es mi voluntad.